

1012

1012
qu

16 - 569.
ALTISSIMI REGIMINE!

DISPUTATIO MEDICO-CONSULTATORIA

De

M A N I A,

Quam

Consensu & Autoritate

*Illustris ac Gratosissimi Collegii Medici in
florentissimâ ad SALAM ACADEMIA,*

PRÆSIDE

VIRO

Nobilissimo, Amplissimo, Excellentissimo & Experientissimo

DN. GEORGIO WOLFGAN-
GO WEDELIO, Medic. Doct. Anatom.

Chirurg. ac Botan. Prof. Publ. famigeratissimo, S.R.I.

Acad. Natur. Curiof. Collegæ Primario,

Dn. Patrono, Præceptore ac Promotore suo omni honoris & observan-
tiæ cultu æternùm venerando,

publica artis cultorum ventilationi submittit

JO. LUDOVICUS SCHLAPPERITIUS,

RAVENSPURGENSIS, A. & R.

In Auditorio Medicorum,

d. Junii, Anno M. DC. LXXIII.

H. L. Q. S.

JENÆ

Typis JOHANNIS NISL

570.

DISPUTATIO MEDICO-CO
SULTATORIA

M A I A

Consensu & Auctoritate
Hujus ac Gratiopolitani Collegii Medici in
Hocessum ab H. M. ACADEMIA

P R A S I D E
V I R O

DR. GEORGIO WITTEGANO
GO WEDDELIO, Medic. Doct. Anatomi.


Chirurg. ac Botan. Prof. Publ. sangarathino S. R. I.
Acad. Natum. Cantor. Collegii H. M. ACADEMIAE
Dr. Patono, Receptor. ac Promotor. in omnibus & ceteris

JOSEPHOVICUS SCHNEIDERIUS
RAVENSPURGENSIS A. E. R.

In the theatro Medico
b. Junii Anno M. DC. LXXIII

Typis Johannis Niesel





57a.

Σὺν τῷ Θεῷ!

PROOEMIUM.



Vin horologiis, si omnia decenter sibi invicem respondent, legitimo indice monstratur tempus; si rotula exorbitet, vel subtilissima, nullus observatur ordo, sed vel quiescunt omnia, vel turbulenter & confusè movetur machina; Sic in humano cerebro si justa perduret temperies, animalis sensus & motus ritè habent; si subtilissimum organum turbetur, eccentricitatem facillè patitur intellectus, & tota vacillat machina. Rationis hinc imperium succumbit, ipsa quasi sui anima obliviscitur, & brutis non tam similis, quàm inferior redditur homo, quando urgentibus morbi stimulis cum ratione insaniunt, & extra se vertuntur miseri ægri. Sistimus excebratum juvenem, & cum eo furoris curationem. Annuat Deus Optimus Maximus, ut feliciter omnia cedant!

A 2

HISTO-



HISTORIA.

572.

Vir XXVI. annorum, plethorâ biliosâ pollens, tor-
vum aliâs facili de causâ videns, dentibusque, si ira-
scitur, stridens, habitus carnosî, facie rubicundâ,
ruffis capillis, postquam periculum famæ publicè
sustinuisset, secumque mœrorem cum iracundiâ & vindi-
ctâ mixtum devorasset, servit puellæ noctuque diuque.
Post verò, ab hâc divertens amoris spicula, alii cor suum
devovet, quam & in conjugium ducit. Vix elapsis binis
mensibus, cum prius in Nobilium quorundam coronâ
Baccho generosô fuisset inebriatus, insolito furore, nullâ
pravâ febris, corripitur, quos antea charos habebat, male-
dictis jam prosequitur, parentes adeò ipsos, conjugem a-
versatur & convitiis proscindit, vociferatur, delira loqui-
tur, se Cæsaris confessionarium fingens, mox in cachinnos
resolvitur, validissima vincula disrumpit, frigoris nullum
sentit incommodum, appetitus ferè caninus viget, vigiliis
verò vexatur, permerdat indusia, reminiscitur tamen su-
spectum poculum ipsi ab amasiâ propinatum. Parentes
petunt consilium.

RESOLUTIO.

AFFECTUS, cujus curatio expetitur, est MANIA, fu-
ror, item infania, ἀπὸ τῆς μανίης νοήσεως à *solutione seu*
inanitate mentis dictus, Germanis *die Unsinig-
keit*.

Pertinet hic ad res p. n. & quidem symptomata facul-
tatis animalis sensitivæ depravata, quippe delira loquitur,
& facit æger.

Adesse symptoma hoc, signa in historiâ relata evin-
cunt, petita i. ἀπὸ τῆς ἐρεσίῃων καὶ τῆν τῆς ἐπίας λόγον seu ab Es-

SEN-

573
SENTIALITER INHÆRENTIBUS: Delirium cum fu-
rore sine febre, quæ duo delirio addita illud & à melan-
choliâ & phrenitide discernunt. 2. ESSENTIALITER
CONSEQUENTIA seu symptomata alia idem patefaci-
unt: actiones læsæ in facultate naturali, appetitus ferè ca-
ninus; in animali, Vigilæ contumaces; in qualitibus
mutatis, si huc referre licet, cachinni & rubor faciei; in
excretis, pèrmerdatio lintheaminum. His se immiscent
furentium indicia alia, audax & minax vultus, tristis frons,
torva facies, citatus gradus, inquietæ manus, color versus,
crebra & vehementius acta suspiria, recensita à Seneca
l. de ira c. 1.

3. CAUSÆ PRÆGRESSÆ confirmant idem, tum
naturales, tum non naturales uberius post diducendæ, im-
primis verò philtri exhibitio, cujus æger recordatur quàm
optimè.

4. SIMILITUDO duplex adest, i. intuitu ægri ipsius,
licet enim antea facili quoque de causa iracundus denti-
bus fremeret, tamen jam omnia exacerbata, jam sibi quo-
ad cœtera maximè dissimilis. • Respectu aliorum. Mul-
tos vidi furentes, catenis vinctos absque febre, & qui phil-
tra assumpserant, à Medicis pro Maniacis habitos.

SUBJECTUM recipiens, UT QVOD est æger ipse,
quatenus animâ rationali & corpore constat: Ut QVO, est
corpus cum animâ vegetativâ & sensitivâ directè & per se;
rationalis cum sit *αι νοησις*, indirectè & per accidens coaf-
ficitur.

SUBJECTUM PRINCIPALE *πρωτων δεκτικον* est cere-
brum, ut simile, in temperie suâ turbatum. Cerebrum
respectu cordis debebat esse frigidius, ut temperaret spiri-
tus vitales, magisque exaltaret; in ægro nostro intempera-

tum est redditum. Spiritus animales humore roscido destituti effervescunt, non secus ac phlegmate ablato magis acriores redduntur spiritus in Chimiâ.

SUBJECTUM SECUNDARIUM est cor, quatenus spiritus vitales & sanguinem igneum ad cerebrum mittit, qui refrigerio solito destituti, uti jam dictum, œconomiam sensuum turbant.

Modus, quò caput in Maniaco delirio afficitur, duplex occurrit: unus per *ιδιοπάθειαν*, quando domestico vitio, nullâ aliâ in collegium adhibitâ parte primò, per se, dispositione permanente, affectum est. Alter, cum affectum, quidem non excludit, ab alio tamen & cum alio viscere, per *δευ. παρ. παθειαν* coafficitur, sicque aliorum in se derivat membrorum peccata.

In nostro agro non patitur per consensum vel positivum vel privativum, *κατὰ ψευματισμὸν καὶ ἰσχυρῶν secundum defluxionem & irruptionem*, sed essentiam, per *συναρροισμὸν, γένεσιν, καὶ ἀφαιρῶν*. Continuus est affectus, nec ullâ interpolatione remittit.

CAUSA IMMEDIATA est ignea spirituum animalium dispositio. Accensi nempe sunt igne alieno, ipsis per naturam alieno & peregrino, in ventriculis cerebri, & totâ porosâ substantia stabulantes.

MEDIATE PROXIMIORES CAUSÆ, quoad essentiam consideratae, sunt humores biliosi calidi ex prædominio, seu sanguis calidior & siccior; ex subdominio sanguis ipse, ex sententiâ Veterum, ob quam rationem in cachinnos simul ager resolvitur.

Paracelsi deferunt causam affectus nostri principio utili *ξιο*, qui si sublimetur & cerebri feriat *XX*, delirium concitat affectum, incendit & acredine suâ sensuum domicilium pulsat.

Sylvia

575.
Sylviani vaporibus acribus ex conflictu humoris pancreatici & biliosi versus superiora elevatis eundem designant.

Iuxta *Cartesium*, atomis irregularibus animam in glandulâ pineali residentem infestantibus, ipsiusque conceptus turbantibus, causa debetur.

Angli succum nutritium nervorum roscidum peccantem inculabunt.

Modum essendi quoad, tum ratione *quantitatis* & *modi*, tum quoque *qualitatis* manifesta, juxta *Platerum* occultæ (utræque magnæ activitatis sunt) humores peccantes delinquent.

Motu etiam peccant humores hi duplici: *generationis* & *locali*.

Generata fuit materia vitiosa in capite ipso per *συναγωγὴν congregationem* & collectionem, ob facultatem læsam & errorem externum. Facultas læsa est ab intemperie calidâ & siccâ totius. Error externus symbolam suam addidit, quatenus in rebus non naturalibus, animi præsertim affectibus & Bacchi potu, peccavit æger.

Extra locum affectum vitium *TOTIUS* plethorâ biliosâ *Ἰνὸς αἵματος* contulit. Imprimis verò cordis calor auctus, qui mediantibus arteriis communicatus cum capite phantasiâ depravat.

MEDIATA REMOTIOR CAUSA quadruplex est.

SUPERNATURALITER Dæmonem se immiscere morbo non judicamus, linguis enim peregrinis non loquitur.

EX *NATURALIBUS* eminet *TEMPERAMENTUM* calidum & siccum, seu biliosum, quod ex iracundiâ, capillis ruffis, aliisque in historia recensitis patet. Cum itaque æger

576.

ager fuerit $\Phi\upsilon\sigma\epsilon\iota$ ὄργη Θ , ὀζύτου Θ ; *naturâ iracundus, acriter excandescens*, facillè accedentibus aliis causis in maniam incidere potuit.

ÆTAS ejusdem est rationis, cùm in tali siccius & acrius calidum nativum evadat. Habitus corporis carnosus sanguinis abundantiam designat.

NONNATURALES inter se offerunt CIBUS ET POTUS, avidè enim cibos deglutiit, & in coronâ nobilium strenuè bibentium Baccho generoso inebriatus est. Ebrietas verò, dicente *Senecâ*, nihil aliud est, quàm voluntaria infania.

Altero loco memoranda animi pathemata, moeror, iracundia genuina mania soror, vindicta & ultionis fervor, ipseque amor duplex, binis personis collatus. Amantes autem amantes esse, vel fieri facillè, quis ignorat? Accessit philti seu potionis amatorie haustus incautus, quæ loco amoris in veneficam derivandi ut plurimum furorem conciliant, juxta illud *Nafonis*:

Philti nocent animis vimq; furoris habent.

Venus, quatenus sanguinem accendit, spiritusque & vitales & animales turbat, oblivioni non tradenda.

Inde generatus affectus sequentia post se traxit symptomata, quæ in historiâ signorum vicem obierunt.

Horum jam ratio reddenda.

1. *Nulla quidem adest febris*, quia abest, juxta sententiam Veterum, putredo, juxta recentiores, fermentatio.

2. *Quos antea charos habuit, jam odio prosequitur & maledictis*, mens enim laborat, nec rationis imperium firmum stat amplius, quæ quid honestum, quid turpe, dicet.

3. *Confessionarium Cesaris se esse fingit*, quia antea Theologie operam navavit, & præ ambitione alta petens, quæ vult, sibi persuadet verè adesse.

4. *Idem*



4. *In cachinnos resolvitur, quia sanguis bili est admistus.*
5. *Validissima vincula disrumpit, & admirando corporis robore pollet, quia depravatâ ratione appetitus dominatur spiritibus animalibus.*

6. *Frigoris nullum sentit incommodum, tum ob continuam agitationem calidioris & siccioris sanguinis, tum ob imaginationem aliò conversam.*

7. *Appetitus ferè caninus adest, quoniam fermentū in stomacho acrius redditum ad edendum & bibendū stimulat.*

8. *Vigiliis contumacibus vexatur, ob siccitatem nimiam cerebri & ἀναθυμίασεων seu suavium vaporum non tam defectum, quàm turbationem & receptionem malam.*

9. *Permerdat indusia, tum quia facultas naturalis præ animali viget, tum quia honestatis ob delirium nullam habet curam.*

10. *Rubicunda est facies & oculi, quod primo loco erat memorandum, nam cum perturbatio attonitos capitis spiritus confuderit, hinc nervi præcipuè qui ex altissimo capite transversim in oculos descendunt, viciniore malo laborant, & crebrius micantibus oculis occultum animi morbum livido ac truci aspectu pingunt.*

Circa PROGNOSIN eventus seu SALUTIS & MORTIS, Difficulus quidem affectus hic tollitur, cum hectica quasi quædam cerebri sit intemperies, attamen lethalem fore non metuimus, præprimis cum risu delirio conjungatur. Jam verò Cous 6. *Aphorism. 53.* deliria μετὰ γέλατος cum risu quæ sunt, esse tutiora, quæ autem μετὰ πικρῆς, adhibito studio, quasi de industriâ, periculosiora esse scribit. Nec obstat, quod essentialiter cerebrum nostri sit affectum, dominatur enim simul sanguis, ita ut bilis absolute non prædominetur. Nullum tamen in se delirium tutum, Galeo 6. *aphorism. comment. 53.* autore.

B

TEM-

578

TEMPUS EVENTUS SEU LONGITUDO determi-
nari quidem nequit, ast per inductionem multorum exem-
plorum & Practicorum omnium consensu, diuturnum est
malum, quod sapius *συναμειψις*, commoritur. Sed cum
recentior sit in nostro agroto infania, medicamentis eam
debellandam per unum & alterum mensem censemus.

MODUS EVENTUS erit vel juxta *Hippocratem 6. a-
phorism. 21.* hæmorrhoidum fluxus, vel discussio, robore na-
turae facta.

CURATIO maturanda, præpositis, ceu statuis mer-
curialibus, methodo medendi & experienciâ, cum materiâ
præsidiorum.

Methodus medendi suggerit indicationes consuetas.

CURATORIA symptoma ipsum respicit, & intem-
periem totius & cerebri alterandam jubet.

PRÆSERVATORIA causas antecedentes corrigen-
das monstrat.

VITALIS viribus naturalibus consulit, vigiliis tol-
lendo, aliisque prospiciendo, quæ ægri ex usu sunt.

Satisfit hisce indicationibus ex triplici fonte materiis
præsidiorum desumptis.

Ex CHIRURGIA generosissimum remedium depromimus
VENÆSECTIONEM, & à magnitudine affe-
ctus & plethorâ indicatum. Secetur itaque vena media-
na alterutrius brachii vel cephalica, sanguisque ad ꝑj.
& *λειποψυχίαν* ferè emittatur, ut mutatione sensibili factâ,
fervidissimus sanguis alteretur. Sequentibus diebus, vel
post unam & alteram septimanam, vena frontis incidatur,
ut, quod multis maniacis remedio fuit, & nostro forsân ex-
optato successu mentem reddat auxilium.

Sin contumax resistat morbus, ARTERIOTOMIAM
suade-



suademus retrò aures, vel in temporibus administrandam, observatis, quæ circa illam occurrunt, circumstantiis.

SETACEUM & VESICANTIA in nuchâ & fonticulos, nisi manus dederit affectus, itidem commendamus.

CAUTERIA in futurâ coronali, si æger admittat, multum conferre poterunt auxilii.

Quin & apertio apicum digitorum Paracelsica, ut *ἔχρατονίαμα* imperari potest, si, quod non ominamur, spem nostram destituat effectus.

EX PHARMACIA se offerunt primo loco LENIENTIA:

℞ *seri lact. destillat.* ℥ij. *essent. fol. sen. anim. rhab. a.* ℥j.

fir. de pom. Reg Sapor. ℥j. M. F. haustus. S. *Ûndränklein.*

Vel ℞ *pulv. diasen. Montagn.* ℥j. *conf. anagall.* ℥j.

fir. fol. sen. q. s. F. l. a. bolus. S. *Ûndbissen.*

Quibus ante V. S. clysterem administrandum subjungimus:

℞ *rad. polypod. belleb. nigr. a.* ℥j.

fol. anagall. nymph. endiv. a. m.

fol. chamem. n. B. bord. mundat. ℥j.

caric. pinguium no. v. Coq. in f. q. ∇. Col.

℞ *℥ij. adde diapr. solutiv. conf. hamecb. a.* ℥℞.

⊖ *♀ i.* ℥℞, *vicell. ovor. no. j. M. F. l. a. clylter.*

PRÆPARANTIA succedunt, materiam cum toto corpore communicatam temperantia & ad exitum disponentia:

℞ *∇ nymph. bormg. bugloß. a.* ℥℞.

hyperic. ℥ij. nasture. ∇tic. ℥j.

~ *⊕ li cephal. ℥ij. fir. de polypod. q. s.*

M. F. potio. D. in fictili. S. *Altertetrancf.*

℞ *decoct. ser. lact. capr. ℥ij. Inf. per ∏.*

fl. hyperic. nymph.

rosar. a. m. j. summit. fumar. m. B.

~ *⊖ ℥℞. conf. nymph. ℥ij. Colat. manè adde*

fir. fol. sen. q. s. F. l. a. potio. S. ut supra.

℞ *magist. ♀ ⊕. Jar. ℥j. ⊖ hyper. scord. a. B.*

M. F. pulvis. S. *Præparir sãhlein uff 2 mahl.*

Disposito & fluxili reddito hoc modo corpore, evacuabuntur humores atrabiliarii purgantibus propriè sic dictis.

Kato: ℞ *helleb. nigr.* ℥ij. *fol. sen.* ℥vj. *passul. min.* ℥j. *herb. anagall. nymph.* a mj. *cinam. acut.* ℥j.

Coq. in f. q. ∇ l. Colat. ℥vj. adde *sr. de hyperic.* ℥j. M. pro duabus dosibus.

℞ *lap. laz. prepar. gialap. prepar.* a. ℥j. *troch. alband.* g. iv. ☉ *Siar.* g. ij.

M. F. pulv. ☉. Purgierpulver uff einmahls.

℞ *extr. helleb. nigr.* ℥j. *lap. laz. ppt.* ℥℔.

troch. alband. pulv. syr. ppt. a. gr. iv.

M. cum *tinctur. comall.* q. s. F. l. a. pilulæ.

☉. Purgierpillen.

Aw. ℞. ∇ *benedict.* *Rul.* ℥j. *oxymel. helleb. Jul.* ℥vj. *tinctur. lap. laz. gtt.* vj.

M. F. haustus. ☉. Brechträncklein.

℞ *oxysacchar. emet.* ℥ij. *julepi rosar.* ℥℔.

M. F. haustus.

℞ ☉ *vit. Kegler.* gr. iij. ☉ ☉. ℞. *nasturt. vol.* gr. iv. *sacchar. perlat. parùm.* M. F. pulvis.

DIAPHORETICA, ut peregrinum fermentum per poros eliminant, materiam potionis amatorix ubi ubi hærentem disjiciant, malignitatem, si qua inde orta, corrigant, in usum quoque vocanda.

℞ *tinctur. bezoart.* ℥j. *comallior.* ℥℔.

~ *secund. human.* ℥ij. M. D. in fistili.

☉. *Schweißtr. wasserlein.* Dos. 40. 50. gtt.

℞ ☉ *nasturt. volat.* ℞. *conf. alk.* ℥j.

∇ *theriac. campb.* ℥ij. *hyperici* ℥j. M. F. potio.

℞ ℥ *diaph. ZZ. nar. elect.* a. ℞. *mag. perlar.* gr. vj.

sacch. perlat. ℥j. M. F. pulvis. ☉. *Schweißpulverlein.*

Nec DIURETICA, ut hostis eliminetur penitus, officio suo deerunt

℞ ~ ☉ *volat.* ℥ij. *ess. sabim.* ℥j. D. in vitr. 20. 30. gutt. pro dosi, ℞. *clyst.*



℞ *elysi. ʒ. ʒ. ʒ. tinctur. hyperic. anagall. a. ʒj.*
M. S. M̄ ptur ins Bier/30. 40. Tropffen in ein Nößel.

℞ ~ * □ nos. ʒlis ʒj. lih. convall. ʒB M. S. u. f.

PTTALISMUS ʒlis (duro nodo durus cuneus) suaderi potest, si continuet morbi ferocia, unctioe cum ʒrio mortificato factâ, tamdiu, donec liquati humores suffici-
enter evacuentur.

ALTERANTIA & roborantia specifica nunc sequun-
tur, magnâ contra morbum activitatis, interius, & exte-
rius, tum ad philtrum, tum ad caput directâ.

℞ *ludi hum. ppt. ʒB. pulv. secund. hum. ʒj.*

⊖ *volar. nasture. Vatic. ʒB. perlar ppt. ʒj.*

M. F. pulvis. D. in ch. S. Pulver uff 5/6. maßl.

℞ *tinctur. ʒ. sangv. asin. a. ʒj. ess. anagall. compos. ʒj.*
D. in vitro. S. Hauptm̄ ptur.

℞ *herb. hyperic. verben. a. mj. nasture. aquat. m ʒ.*

rad. pæon. nymph. a. ʒj. bacc. herb. parid. ʒiij.

M. conc. cont. g. m. S. Species zum Kräuterbier.

Vel coquantur in sero caprino, & a gro sapius propine-
tur haustus.

Electuarium sequens magnâ erit efficaciâ:

℞ *conf. hyper. meliss. anagall. a. ʒj.*

magnet. ppt. ludi hum. ppt. a. ʒj.

mag. crnn. human. perlar. ppt. a. ʒj.

tinctur. corall. ʒB. conf. alkerm. ʒij.

M. c. sr. hyperic. F. l. a. Elect. S. Hauptlatweg.

℞ *tinctur. D ʒj. S. HauptTinctur.*

℞ *tinctur. corall. Dn. D. Presid. lap. lazul. a. ʒj.*

D. in vitro. S. u. f.

℞ *pulv. cephal. ZZrini ʒij, lap. lazul. ppt. ʒB.*

magist. perlar. ʒj.

M. F. pulvis. S. Sonderbahr Hauptpülverlein.

Nec ipsa ʒlia & opiatâ parum conferent ad furibundi
nostri ægri curationem, quod in Tr. de opio propediem la-
tius deducet Nob. atq; Excell. Dn. Preses.

B 3

℞ extr.

582.

R̄ extr. anagallid. vel hyperic. gr. vj. laud. op. gr. iij.
M. F. l. a. pilulæ. D. in pyxide. S. Rubepillen uff ein
mahl.

R̄ ~ Ⓞl. volat. est. anod. Dn. D. Presf. a. ʒ℔.
D. in vitro. S. Harptessenz.

EXTERNA his opem suam jungent, refrigerantia &
humectantia.

R̄ sem. 4. frig. maj. papav. a. ʒij.

▽ anagall. hyperic.
verbena a. ʒij.

F. l. a. Emulf. applicetur linteolo duplici fronti, hepatis
& testibus.

R̄ unguent. popul. ʒj.

Ⓞ campb. ʒj. Hni ʒ℔. opii ʒ℔.

M. F. l. a. unguentum, illinatur temporibus.

Testibus in specie sequens applicari potest epithema:

R̄ ▽ solan. hyper.

nymph. semperviv. a. ʒij.

✦ rosac. ʒj. campb. ʒj. Ⓞ bezoart. ʒij.

M. S. Eiserlicher Umschlag.

Pediluvium hunc in finem etiam præscribi potest:

R̄ sol. lactuc. verben.

hyperic. nymph. a. mij.

fl. papav. erui.

ros. pæon. a. mj.

capit. papav. alb. no. x.

summit. aneth. mj.

rad. pæon. nymph. a. ʒj. M. pro pediluvio.

Ex iisdem & capitiluvia additis helleboro & buxo con-
cinnari possunt. Balneationes attemperant sanguinẽ, cor-
pus inquietum demulcent, & blandẽ humectando siccitatẽ
corrigit, quin etiam paregoricã suã vi somnum cõciliant.

His omnibus si præfractẽ restiterit affectus, submersio
in ▽ am in usum vocari posset, commendata à *Celsol. 5.c.27.*
& tum in rabie seu maniã caninã, tum aliã quoque omni
lau-



laudanda. Illa enim est aqua benedictio, ut rabiem ejusmodi exemplò sanet, quale exemplum rabiosi hydrophobi hoc modo curati elegans observavit *Helmontius l. demens idea inscripto. S. 47.*

Ferulà item semel atque iterum ostensâ turbatos componemus spiritus. Et denunciatio & castigatio insaniam coercet, quibus mens mota est, non erepta.

In DIÆTA NATURALI VICTUS eligatur frigidus & humidus; condiantur cibi *succo citri, limonum, acetosa.* Embammata ex *nasturtio aquatico*, quibus *folia anagallidis* addi possunt, crebrò trahantur in usum. Aromata, cibi salsi & acres exulent. Vinum & ☉ ad ultimam relegentur Thulen. Cerevisia sit tenuis, alteretur præter supra dicta, in stillatione *Tinctura violarum, hyperic. rosar. anagallid.*

In VITALI AER sit frigidior, alteratus in persensione aqua frigida, *foliis vitis, hyperici, fl. rosar. nymph. fol. salicis,* vel *sabina* suffimigio ventilatus.

AFFECTUS ANIMI quocunq̄ue licet modo refrænentur & compescantur, strategematibus fallatur æger.

In ANIMALI SOMNUS omni procuretur modo. Musica divinum illud mentis humanæ delinimentum frequenti & suavifono susurro ægri aures demulceat, quò compositi spiritus, requie nectareâ delibuti, somno sese dedant & communi illo sensuum vinculo ligentur.

MOTUS corporis compescatur. Ligetur æger, nisi morigerum se ferulâ præbeat, lineis vinculis.

ALVUS humectantibus & stimulantibus sui admo-
neatur officii.

VENUS, quousq̄ue mens redeat, nisi pruritus insigniter urgeat, vitetur.

Qui

Qui liceat motos animi componere raptus,
 quando agitur furiis, oculis micat acribus ignis,
 & fremit os rabidum, dens stridet, fulmina spirat
 lingua, ac insolito jactatur robore corpus,
 publicitus tradit Tua dissertatio docta.
I, cathedram felix conscende, & confere pugnam
 sanguinis expertem, sed magnâ LAUDE coruscam.
 Perge Tuum studium patriæ doctisque probare,
 sic animi morbos & corporis arte fugabis.

*Pereximio Dn. Respondenti, Auditori suo per-
 industrio, & in consultatorio foro opti-
 mē versato, hanc singularis benevolentia
 tesseram adponit*

Præses.

CL.

DNO. SCHLAPPERIZIO,

auditori suo exoptatissimo,

De,

M A N I A C O

consultanti æquē ac disputanti

ΠΑΝΕΥ!

adclamans gratulatur

ex animō

Augustinus Henricus Faschius, D.

Archiater Ducalis Saxonicus & Professor
 publicus extraord.

Prefixam ad metam, Schlapprizi, proximus adstas;
 inde brevi laurus cinget honora comas!


*** (o) ***

153154

X2615746

R

W 17





16-569.

ALTISSIMI REGIMINE!
DISPUTATIO MEDICO-CONSULTATORIA

De
M A N I A,

Quam
Consensu & Autoritate
Illustris ac Gratosissimi Collegii Medici in
florentissima ad SALAM ACADEMIA,

PRÆSIDE
VIRO

Nobilissimo, Amplissimo, Excellentissimo & Experientissimo

DN. GEORGIO WOLFGAN-
GO WEDELIO, Medic. Doct. Anatom.

Chirurg. ac Botan. Prof. Publ. famigeratissimo, S.R.I.

Acad. Natur. Curios. Collegæ Primario,

Dn. Patrono, Præceptore ac Promotore suo omni honoris & observan-
tiæ cultu æternum venerando,

publica artis cultorum ventilationi submittit

JO. LUDOVICUS SCHLAPPERITIUS,

RAVENSPURGENSIS, A. & R.

In Auditorio Medicorum,

d. Junii, Anno M. DC. LXXIII.

H. L. Q. S.

JENÆ

Typis JOHANNIS NISL

